



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

IVRIS CANONICI|| SEV PONTIFICII|| PARTITIONES,||

Grégoire, Pierre

[Frankfurt], 1595

VD16 G 2996

1 De iudiciis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63677)

PARTITIONVM IVRIS
PONTIFICII SEV CANONICI,
LIBER QVINTVS.

DE IVDICIIS.

TITVLVS I.

CAPVT I.

- 1 Continuatio libri.
- 2 Quid iudicium.
- 3 Quid iudex.



Hactenus in superioribus disposita videtur quodammodo materia iudiciorum, nempe res traditæ sunt, quæ in controuersiam venire possunt. Nunc autem necessarium esse apparet, vt cõsideremus lites ipsas, & modum, quibus legitime tolli vel minui possint. Proinde prius agemus de iudiciis in genere, subinde de illis, quæ independent, & quæ ab iis efficiuntur in specie, Deo fauente.

- 2 In foro iudiciali contentiones & controuersia proponuntur, forum a fando dicitur, constans causa, lege, iudicio. Causa a casu, quo venit dicitur; est enim materia & origo negotii, necdum discussionis examine patefacta, quæ dum proponitur causa est, dum discutitur, iudicium; dum finitur, iustitia; iudicium quasi dictio iuris, iustitia quasi iuris statio, seu status. *a* Iudicium prout nunc tractandum est, *b* actus est legitimus trium personarum, iudicis, actoris & rei, vel aliarum earundem nomine super eadem controuersia. *c*
- 3 Iudex dictus, quasi ius dicens populo, siue quod iure disceptet; iure enim disceptare, est iudicare, non est autem iudex, si in eo non sit iustitia. *d*

S C H O L I A.

a hac omnia in *c. forus*, 1. *o. de verbo. signific.*

A b hic enim tantum agitur de iudiciis litium, de quibus inueniuntur titulus eiusdem inscriptionis de iudiciis, lib. 2. decret. tit. 1. lib. 2. Sexti, tit. 1. & extrauag. communibus, lib. 2. tit. 1. & in 5. P. tit. 1. & lib. 3. C. tit. 1. & de publicis iudiciis, lib. 4. P. tit. 1. & lib. 4. institutio. Iustitia. tit. final. potest dici iudicium a disquisitione iuris. *d. cap. forus. vel a persona iudicis tanquam a principali. argum. l. que explicandi. de accusatio. sic que videtur explicare Ioannes monach. ad rubricam. de iudic. in Sext. & gloss. ad caput in iudiciis, 1. 2. de regul. iur. in Sext. in iudiciis non est acceptio personarum habenda, & ibi notat eadem gloss. post Ioannem Monachum, ubi supra ponit quindecim significationes nominis iudicii, quas versiculus istis connotauit.*

*A*ctio. lis, auctor, forus, arbiter, vltima velle,

C Questio, discret. sen. instan. discussio posse

*P*ercutiens, pœna, processus iudicialis, *I*udicium prima pro actione, *c. a. ex literis, de probat. l. in tribus, de iudic. 2. lis, l. quod debetur, de pecul. 3. auctoritas iudicandi, cap. decernimus, de iudic. 4. forum iudiciale, cap. quanto, de iudic. 5. arbitrium, cap. a iudicibus, 2. quest. 6. cap. ab arbitris, de offic. deleg. in Sext. l. arbitrio, qui satisfada. cog. P. 6. vltima voluntas, c. licet, in fi. de sepult. in Sex. l. 1. C. de sacrosanct. eccles. 7. questio in iudicium deducta, c. per venerabilem, §. rationibus, qui filii sui leg. 8. discretio mentis, c. graue, de prob. l. cum pretor, de iudic. P. 9. sententia iudicis, cap. si duobus, de appella. cap. sin. de prescriptio. 10. instantia ipsa litis, l. propter audum, §. 1. de iudi. C. l. venerabilis, eod. tit. 1. 1. disceptatio*

fo cause, dicitur c. forus, de verborum signif. A
 Et in titulis de iudiciis. 12. potestas iudicandi, leg. iudicium soluitur, de iudic. 13. condemnatio, 1. ad Corin. 11. iudicium sibi manducet. Et 14. pena, Matth. 5. reus erit iudicio, Et D. Ioan. ca. 5. in resurrectionem iudicii, &c. 15. dicitur iudicium processus iudicialis, ut in ca. 1. de iudic. in Sex. c. pia, de exceptio. in Sext. actus iudiciales plures sunt, ut media quibus pervenitur ad iudicium Et eius certitudinem, Et facilem expeditionem, ut citationes, dilaciones, recusationes, exceptiones, petitiones, interrogationes, confessiones, testium depositiones, instrumentorum productiones, interlocutiones, appellaciones, renuntiationes, conclusiones, &c. que inter cognoscendum occurrunt, que mandat suo ordine conscribi ab amanuense, publica persona, vel aliis duob. scribis, c. quoniam contra, 1. de probat. ut si de processu iudicis fuerit suborta contentio, per hoc possit veritas declarari, ut ibidem dicitur, processus actus, predicta dicuntur, per que procedit iudex ad iudicium Et sententiam.

C Potest colligi ex d. c. frons Et ex glossa, ad verbum iudicium. Saltem debent esse in iudicio tres persona ista, iudex, agens, Et defensor, l. inter litigantes, l. Iulianus, de iudic. Pan. ut dicemus postea, Et pro istis personis alia accedere possunt, que tamen ad tres illas pertinent, ut procurator, advocatus, testis, &c. pro litigantibus, Et pro iudice, vicarii, consilarii, assessores, notarii, amanuenses, apparitores, &c.

d c. iustum est bellum, 1. 23. q. 2. ex Isidoro lib. 18. etymolo. c. 1.

CAPVT II.

- 1 Iudiciorum diuisio in diuinum Et humanum.
- 2 Humanum in priuatum Et contentiosum, quod vel ecclesiasticum, vel seculare, vel mixtum est.
- 3 In ordinariū, extraordinarium Et mixtum.

A 4 In ciuile, Et criminale.

Iudiciorum variæ species, habita ratione 1
 Ad diuersa. Et in primis quoddam dicitur diuinum, quoddam humanum & multa relinquuntur diuino iudicio in hoc vel alio seculo exercendo, de quibus homo non debet, vel non potest iudicare. a Cuiusmodi sunt, quæ nobis incerta aut dubia, illi autem manifesta sunt, & eius iudicio committenda. b Cum nec homo, nec ecclesia iudicet de occultis, sed tantum de probatis. c Diuersa item iudicia Dei & hominū, quod Deus semper iuste iudicet; homo autem sæpe decipiatur a se vel ab aliis, vnde plures hominum iudicio damnati, inueniuntur coram Deo infontes & absoluti, ut contra plures fuerunt iudicio humano absoluti ut innocentes, qui coram Deo inueniuntur fontes & rei. d Timendum valde Dei iudicium, e a quo non est prouocatio, & quod nemo super terram iudicare potest, eidem sit obnoxius. f

Iudicium rursus humanum, vel a quo- 2
 que in seipsum priuatim exercetur, vel ab aliis quam iudicandis, g quod & vltimum, iudicium contentiosum est. Quilibet seipsum iudicare, & probare debet adhibita pro teste conscientia. h Contentiosum iudicium seu auctoritate publica in foro iudiali examinatum & discussum, multipliciter distinguitur ratione materiæ de qua agitur. Quamobrem aliud spirituale, seu seculare, & aliud mixtum. Spirituale, vbi de re vel persona spirituali, vel ad forum ecclesiasticum pertinente agitur. k Temporale vbi de re vel persona seculari tractandum, vel de eo, quod coram iudice seculari est iudicandum. l Mixtum quod diuersis respectibus sub vtroque foro agitari potest. m

E Item ratione formæ procedēdi duplex 3
 iudicium, ordinariū & extraordinarium. n Ordinarium, in quo ordine seruato ut iudiciis præscribitur, proceditur. o Extraordinarium, in quo non seruatur com-

Rrrr

muniter procedendi ciuilibus aliisue negotiis præscriptus regulariter, sed breuioribus formulis agitur, p quando summarie & de plano procedendum est de iure, q vel procedi mandatur a principe speciali rescripto. r Dicitur & extraordinarium a delegato factum. s

Subinde dicitur aliud ciuile, aliud criminale, aliud ex iis mixtum iudicium. t Ciuile, in quo de causa pecuniaria & priuata contenditur. v Criminale, in quo agitur de delictis seu criminibus vindicandis. x Mixtum, quod & ciuilitate & criminaliter agitari potest. y Et hæc sunt præcipuæ iudiciorum diuisiones, quib. & aliæ addi possunt, z postquam ad subtiliorem iuris indagacionem, quæ præceptis istis breuibus instituuntur, peruenerint.

S C H O L I A.

a cap. si omnia, 6. questio. 1. can. 1. §. non potest, 16. questio. 1. opprimuntur multis modis a principibus pauperes & subditi, piique homines a malis occulte, quorum vindictam nec possunt humana iudicia exsequi, qua Deo ideo relinquuntur. Et Deus ait, mea est ultio, & ego retribuam eis in tempore, ut labatur pes eorum, &c. Deuteronom. capit. 32. vers. 3. atque Iudith, cap. 8. vers. 20. expectemus, inquit, humiles consolationem, & exquirat sanguinem nostrum de manibus inimicorum nostrorum, &c. Atque Proverbiorum 20. vers. 22. ne dicas reddam malum pro malo, expecta Dominum & liberabit te. Magnum & ineffabile tremendumque iudicium reuicere causam ad tribunal Christi terminandam, ad quod pronocant Pii, & oppressi homines, dum deest maxime humana iustitia. Sic Petrus Aragonia Rex 4. obiit, citatus in sexagesimum diem ad tribunal Christi, a procuratoribus ecclesie Taraconensis, quod eius patrimonium uellet tyrannice occupare, ut scribit Vasius in chronica Hispania.

A b cap. nomen presbyteri, 2. quest. 1. c. erubescant, 3. 2. distinct. indicat enim de occultis solus Deus, qui solus nouit cordis secreta, can. 20. consulisti, 2. quest. 5. sic 1. ad Corint. cap. 4. vers. 5. nolite ante tempus iudicare, quousq; ueniat dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit occulta cordium, & tunc laus erit, unicuique a Deo.

c dict. c. consulisti, 2. questio. 5. cap. uni. ut ecclesiast. benef. sine diminut. conferan. l. illicitas, §. ueritas, de offic. prof. P. c. nec illud, §. his itaq; & seq. 2. quest. si. cap. multi, in fin. 2. quest. 1.

d cap. sacerdotibus, 41. cap. etsi ad tempus, 53. c. cœpisti. 48. cum seq. 11. q. 3. c. si quis, c. cum aliquis, 24. q. 3.

e cap. aliorum, 9. q. 3. qualiscumque enim quis ex hoc seculo egreditur, talis Dei presentatur iudicio. can. qualis, 15. dist.

C f ca. facta, 9. q. 3. & communiter etiam tractatur, maiorem esse concilio Papam in restrictione, & interpretatione eius, ut ab eo non possit reprehendi, d. ca. aliorum, cap. facta, can. nemo 9. q. 3. notat tamen glossa antiqua ad cap. sacrosancta, ad uerbum obedire, de auctoritate sacrorum consiliorum in pragm. sacrt. Papam in tribus casibus esse infra concilium generale, & teneri ei obedire. Et primū in his, que concernunt fidem. Et ita concilium posse deponere propter heresim Papam contumacem uolentem se corrigere, Inno. in ca. ex parte, de uerb. sig. nisi respiciat, ut in c. Acatus, 19. dist. 2. in causa schismatis. 3. in his que tangunt generalem morum reformationem, ut in d. glo. directi sacrosancta, lauius uidebis. Potest & summus pontifex se subicere minori, ut in foro penitentiali confessori.

E g ca. postulatus, 3. q. 7. can. in actionem, de pen. dist. 1.

h dictis proxime iurib.

i dua sunt principales in orbe potestates, cap. duo sunt. 96. dist. 1. §. 1. quomodo oporteat episc. in nouel. iudices constituti ita in his qua

qua ad Deum pertinent, diuersi ab iis, qui A
 constituti a rege Iosaphat, in his qua perti-
 nebant ad negotia regis, 2. Paralip. c. 19.
 ita & in c. nouit, de iudic. cap. si imperator,
 96. dist. dua iudiciorum species, c. solita, de
 maior. & obedientia, & iurisdictio eccle-
 siastica fuit ab omni tempore in ecclesia
 data per Christum, Matt. 18. quam exer-
 cuit Paul. 1. ad Cor. 6. ad Timot. 5. memi-
 nit & de iurisdictioe ecclesiasticarū per-
 sonarum in Christianos Clemens Roma. B
 episcop. 1. & lib. 2. constitutio. Apostolica.
 c. 47. confirmat Anacletus epistola 2. vo-
 cabantur & ex lege Moysi fontes ad sacer-
 dotale iudicium, Deut. 7. & Num. 5. neq;
 apud Hebraeos fiebant iudicia, nisi duobus
 Leuitis assistentibus, teste Iosepho libr. 4.
 antiq. c. 8. ut nec hodie in senatus Gallorum
 iudices sedent, nisi adsint persona ecclesia-
 stica, quos vocant consiliarios clericos, &
 qui impediunt ecclesiasticam iurisdictio- C
 nem sunt excommunicati, cap. conquestus,
 de foro compet. c. quoniam, de immuni-
 ta. ecclesia. Conatus est aliquando Petrus
 Cunerius aduocatus regius in senatu Pa-
 risiensi, ecclesia iurisdictioem labefacta-
 re, contra quem Bertrandus episcopus He-
 duorum apud Philippum regem pro eccle-
 sia iuribus perorauit, & obtinuit, plura
 scribit de hac re Stephanus Anserius, in
 cle. 1. de offic. ordina. & tracta. de potesta- D
 te seculari.
 k veluti si de matrimonio, usuris, decimis ec-
 clesiasticis, agatur. cle. dispendiosa, de iud.
 cap. exhibita, de iudiciis, cap. accedenti-
 bus, de excess. prala. si de his, in quibus ver-
 sari periculum anime & agitur de pec-
 cato, cap. nouit, 13. de iudic. cap. solita, de
 maior. & obedien. Pura spiritalia mate-
 ria dicuntur, qua coram ecclesiastico iudi-
 ce agitante sunt, etiam contra laicos, sa- E
 cramenta, baptisimus, eucharistia, confir-
 matio, & alia que docet Panor. & alii ad
 cap. quanto, de iudic. Archid. in cap. quod
 autē, 1. q. 1. ca. pie mentis, 16. q. 7. ut & illa
 & alia spiritalia, que respiciunt articulos

fidei, c. quoniam, 10 dist. causa electionis,
 c. massanna, c. sacrosancta, de elec. decima,
 c. tua, de decimis, simonia, heresis, & alia
 de quib. in c. decernimus, c. cū sit generale,
 de foro compe. debent & clerici conueniri
 coram iudice ecclesiastico in personalibus
 actionib. a laicis vel clericis; quia actor se-
 quitur forum rei, c. cum sit generale, cap.
 ex transmissa, & seq. ca. si diligenti, de foro
 compe. ut contra clericus laicum, coram
 iudice laico, in temporalibus & personalib.
 conuenit, cap. si clericus laicum, & c. cum
 sit generale, eod. tit. in criminalibus autem
 questionibus debet indicari persona eccle-
 siastica a suo iudice ecclesiastico, cap. at si
 clericus, de iudic. cum similib. ibi nota neq;
 valet consuetudo, ut laici in clericos ha-
 beant iurisdictioem, c. ecclesia, de consti-
 tutio. & ibi Panor. & alii, & in cap. solite,
 de maior. & obedien. Innocent. in cap. po-
 stulasti, de foro compe. Rota decisio. 840.
 utrum in antiq. Anser. decisio. capella
 Tholo. 126.

l ut in c. venerabile, de iudic.

m ut si de iure patronatus agatur, nam & il-
 lud participat de iure spiritali, c. de iure,
 patronatus, & de temporalibus, qui a laicis
 possidentur, ut in eorum heredes iure here-
 ditario transfertur, cap. filius, 6. quest. 1.
 cle. si, de iure patro.

n c. quoniam, contra 13. de proba.

o ca. examinata, de iudic. ea ratione forum,
 ubi seruatur iuris ordo, iudicis ordinarii
 dicitur; ubi autem discutitur crimen, non
 seruatis solemnitatibus ordinatis in ciui-
 libus, extraordinarium, iudicium, l. fin. de
 priua. delict. lib. 47. P. tit. 1. & l. 1. de furt.
 Pandect.

p c. nouit, de iudic. idq; in causis, qua non pa-
 tiuntur magnam dilationem indulgetur,
 ut in causis beneficalibus, electionum po-
 stulationum, dignitatum, personarum of-
 ficiorum canonicatum, prebendarum,
 decimarum, matrimonii, usurarum, ele-
 ment. dispendiosam, de iudic. in crimine
 heresis quoque & similibus, in quibus

- seruare ordinem esset potius cum inuerte-
re, c. ad nostram, de iure iurand. Id ipsum
dicendum, quando iudex procedit ex offi-
cio suo sine figura iudicii, per modum in-
quisitionis, vt in c. inquisitionis, cap. super
his, c. qualiter, c. olim, de accusat.
- ¶ vt in dict. cle. dispendiosam, & in extra-
uag. vnica. quomodo in crimine laesa ma-
iestat. procedendum sit, post libros feudo-
rum, vbi glossa fuse explicat, quid sit sum-
marie & de plano procedere, & sine stre-
pitu iudicii.
- ¶ solus princeps, penes quem est legis consti-
tuenda & interpretanda potestas, l. 1. &
fin. C. de legib. potest mandare causas de-
cidi extra iuris constitutionem summarie
& de plano & iudicio extraordinario,
atque nihilominus, dum hac voluerit ita
fieri, debet expresse id adicere. cle. sape, de
verbor. significat. sic que seruatur etiam in
curia Romana, vt in rescripto, quod vo-
catur extensio signatura, specialiter sum-
mus pontifex id exprimet, vel summarie
causa discutiatur, nec sufficeret si hoc i-
psium in corpore signaturae exprimeretur,
& non in signatura, in qua, non expref-
sum, quod in corpore petuum esse videretur
denegatum, etiam si princeps simplici-
ter rescriberet: audiat vt petitur. Atque
idcirco responsio hac exigitur, audiat sum-
marie, & prout petitur, alioquin denega-
tus censeatur summarie processus: expref-
fisset enim summus pontifex si voluisset,
argu. cap. ad audientiam de decimis, Rota
decis. 466. nota quod in commissione,
in antiq. & decis. 351. si in commissione
impetrauit, in nouis.
- ¶ vt in can. iudicia, §. spatium, vers. ei au-
tem, 3. q. 3.
- ¶ explicat c. per venerabilem, 13. §. sunt au-
tem, qui filii sint legit. lib. 4. titu. 17. verba
Deut. c. 17. tria, inquit, distincta iudicia
primum inter sanguinē & sanguinem,
per quod criminale intelligitur & ciuile,
& vltimum inter lepram, & lepram
per quod ecclesiasticum & criminale
- A notatur; medium inter causam & cau-
sam, quod ad vtrunque refertur eccle-
siasticum & ciuile, &c.
- V vt si agatur de feudo, mutuo, aliisque con-
tractibus, de pecuniaria pœna, seu de mul-
cta, & similib. vt in c. ceterum, c. dilecto,
ca. causam, de iudic.
- X agitur in his maxime ad vindictam pu-
blicam, vt in c. at si clerici, cap. cum non ab
homine, de iudic. siue sit pœna corporalis, si-
ue pecuniaria ratione tamen delicti. gloss.
ad leg. prator, de sepulcr. violat. leg. final.
de furt. P.
- Y vt in ca. tua, de procuratori. c. super his, de
de accusat. de furto in l. si. de priua. delict.
l. si. de furt. P.
- Z nos & precedentes, aliasq. iudiciorum di-
stinctiones plures pertractamus fusius lib.
47. syntag. iur. cap. 4. §. 5. & 6. addemus, &
nunc superioribus diuisionibus aliam, ra-
tione quantitatis rerum deductarum in
iudicium, iuxta glossam ad c. 2. de libelli
oblatio. & Speculatorem in tit. de iudic. in
fin. vt aliud sit vniuersale, aliud generale,
commune, aliud speciale. Et vniuersale
est, cum petimus vniuersum ius totius ci-
uissiam patrimonii, vt bonorum possessio-
num, hereditatem, l. 1. de bonor. possessio.
l. 1. de rei vindic. P. l. sed et si, §. fin. de petit.
hered. P. iudicium etiam petitionis heredi-
tatis dicitur vniuersale, per gloss. in l. 1.
de euictionibus, & probatur vltra in l. si
quo tempore, & l. cum hereditatem, de pe-
tutio. heredita. gloss. in ca. cum ecclesia, de
causa possessio. & propriet. in cuius petiti-
one veniunt fructus etiam a possessione
bonae fidei percepti, qui augent portionem
in l. item veniunt, §. fructus, de petiti. ha-
redit. & dum quis petit etiam beneficium
ecclesiasticum, secundum Innocentium
ad capit. conquerente, de offic. ordinar. &
Panor. ad c. 2. de libelli. obla. Generale iu-
dicium est, quando non petimus in iudi-
cio ius vniuersum cuiusdam, sed tantum
quoddam genus ex eo vniuersali, vt in pe-
titione & iudicio pro socio, negotiorum
gestorum,

gestorum, tutela, gloss. ad cap. 2. de libelli oblatio. Commune erit quod utrunque auctorem & reum respicit, ut communi dividendo, familia erciscunde, finium regundorum, c. ex literis, de probatio. & propriis titulis, in P. & (singulare seu speciale, in quo certa res tantum petitur & adiudicatur, ut accidit in rei vindicatione, deposito, commodato, & similibus. Constituitur porro differentia inter iudicium uniuersale & generale, quod in uniuersale neque in libello, neque in processu causa, nec etiam in ipsa sententia, necessum sit exprimere res; in generali vero iudicio, licet libellus generalis admittatur, tamen lite contestata res exprimi debent, c. abbatem sane, §. secus autem, de senten. & re iudi. in Sex. Socinus ad c. penult. nu. 18. de libelli obla. Bartol. ad l. 1. nume. 9. de eden. P. ubi tradit rationem diuersitatis, quam & nonnulli asserant, in iudicio generali, & talem sententiam valere, condemnatio te ut reddas rationem administrationis tue: per textum in cap. qualiter, in 2. de accusatio. l. si quis pro redemptione, C. de donat. & ita tenet Baldus in l. edita, num. 25. C. de eden. Refert Socinus in d. ca. pen. num. 11. de libelli oblat. Andreas Gasl. lib. 1. pract. obseruationū, obseruat. 68. nu. 8.

CAPVT III.

- 1 Quae in iudiciorum partibus consideranda.
- 2 Iurisdictio & eius divisio.
- 3 Causa.
- 4 Persona.
- 5 Tempus.
- 6 Locus.
- 7 Forma iudicii.
- 8 Conventionalis iurisdictio.

In iudicio partes hae sex considerandae sunt, iurisdictio, causa, persona, tempus, locus, figura iudicii. Iurisdictio hic pro iuris dicendi vel iustitiae statuendae, potestate, seu pro auctoritate iudicandi accipitur. Iurisdictio autem vel propria iudicantis seu ordinaria est, unde & iudices ordinarii

A dicti, b qui ei praesunt. Alia delegata, cui praefecti dicuntur delegati. c Alia conuentionalis seu ex consensu. Propria ordinaria est, quam quis iure suo, non ab alio, quam a summo pontifice, aut a principe, aut a lege, aut a consuetudine habet. d Delegata, quam quis non iure proprio, sed alieno veluti nomine & loco alterius exercet. e Rursum ordinaria, vel est voluntaria, vel est contentiosa seu necessaria, f voluntaria, quae inter volentes, non inter inuitos exercetur. g Necessaria est, quam subditi etiam inuiti subire tenentur. h Haecque necessaria gradus habet ratione potestatis minoris vel maioris iudicandi, alia enim infima, alia media, alia suprema, seu vulgo alta dicta. i

Causa est res, quae in iudicium deducitur, cuius conditio diuersa, & iudices diuersos facit, & modum agendi, & iudicium ipsum. k

Personae quae considerantur in iudiciis sunt actor, reus, seu defensor, iudex, l & istae principales, item cum his procuratores, aduocati, testes, notarius seu amanuensis, vicarii seu tenentes locum iudicum, tanquam praedictis accedentes; m de quibus in utroque iure sunt editi & legendi proprii tituli.

Tempus iudicii tres partes habet principium, medium, finem. Principium versatur in litis contestatione, medium a litis contestatione usque ad conclusionem causae; finis autem a conclusione usque ad sententiam. n Sunt & ibi particularia quaedam alia tempora intra praedicta definienda, ut dilationum, & similibus quae ex iudiciorum necessitatibus occurrentibus apparebunt.

Locus etiam & territorii, o & rerum, p s & tribunalis, inspiciendus, ut conueniat & tutus sit. q

Forma porro iudicii, & stylum & consuetudinem tribunalium iurisq; obseruationem desiderat obseruari. r

Conventionalis iurisdictio est, quae ex 7

consensu contententium vim habet; vel A
quando consentiunt in nō suum iudicem,
qui tamen iurisdictionē habet, s vel quan-
do arbitrium aliquorum deligunt, cui sub
pœna obtemperaturos promittunt. t

S C H O L I A.

- a iurisdictionē est potestas de publica introdu-
cta, cum necessitate iurisdicendi vel equi-
tatis statuende, glossa ad leg. 1. de iuris-
dict. omnium iudic. iurisdictionē diuiditur B
tanquam genus in merum, imperium,
mixtum, & simplicem iurisdictionem, leg.
imperium, de iurisdictione omnium iudic.
Iurisdictionem alio modo pragmatici di-
uidunt in altam, mediam & infimam seu
bassam, de quibus postea. Prima considera-
tio & primum caput inspectionis iudicii
est iurisdictionē, nam a non competenti iu-
dice factum, nullius est momenti. l. si a non
competent. iudic. C. l. fin. de iurisdictione. o-
mnium iudicū, nullus est maior defectus
quam potestatis, in actū, leg. multum inter-
est. si quis alteri, vel sibi. C. plus autem con-
tinet iurisdictionē quam notio. l. ait prætor,
§. de re iudic.
- b unde titulo de officio iudic. ordina. in de-
cretalibus Gregorii & in Sext. Omnes ec-
clesiarum prelati sunt iudices ordinarii,
vt ait glos. in c. 2. per illum textum, de iud.
argu. cap. cum ab ecclesiarum prelati, de
offic. ordina. cap. per lectis, 2 §. distinct. cap.
nemo, 2. quæst. 3. can. experientia, & cap. si
qui ex fratribus, 11. quæst. 1. ca. reprehē-
sibilis, de appellat. cap. 1. de eo, qui furtiue
ordines suscepit.
- c unde tit. de offic. & potestate iudicis deleg.
- d l. more maiorum §. & sequentib. de iuris-
dict. omnium iudic. P. c. a iudicib. 2. g. 6.
cap. iudices, 11. quæst. 1. Cuius generis di-
cuntur, qui iurisdictiones exercent. iure E
magistratus, quem gerunt. Ei lex dicitur
dare iurisdictionem, in l. quia, de iurisdictione
omnium iudic. & ibi gloss. ad verbum, nec
ipsa, leg. 1. §. ad urbem, de officio præfecti
urb. P. gloss. ad cap. suspensionis, ad verba,

ad quos, de officio deleg. Pano. ad ca. cate-
rum, de iudic. num. 2. Panor. ad cap. cum
ab ecclesiarum, num. 3. de offic. iudicis or-
dinarii, quo loci & notat principem, cense-
ri dedisse iurisdictionem ordinariam,
quando generaliter concedit administra-
tionem iustitiæ. Iudex ordinarius vniuer-
saliter iurisdictionem exercet, in suo ter-
ritorio, cap. duo, de officio ordinarii. capit.
omnes, 22. distinct. cap. significasti, de ele-
ctio. can. 1. 17. quæst. 6. l. pupillus, §. terri-
torium, de verborum significat. Tales sunt
episcopi iudices ordinarii in suis diocesi-
bus, quib. distincta & concessa fuit singu-
laris iurisdictionē, ad faciliorem reipublice
administrationem; que & confundi dicitur,
cum sua iurisdictionē cuique non serua-
tur; can. peruenit, 11. quæstio. 1. Notat ta-
men Archidiaconus ad cap. experientia,
11. quæst. 1. nullum in Romana curia ha-
bere ordinariam iurisdictionem a se ipso,
nisi a Papa. Notatur in clem. ne Romani,
de elect. quod quamuis in ea plures sint or-
dinarii substituti, iuxta dictam l. more
maiorum, de iurisdictione omnium iud. P. vt
pote auditor contradictarum inter omnes
impetrantes; præfides camera Apostolica,
in omnibus, que ad notionem illorum per-
tinent; auditor curie causarum camera
Apostolica, inter omnes curiales, & alia-
rum censurarum reos; Gubernator urbis
inter omnes urbanos nō exemptos; vicarius
inter omnes clericos etiam regulares, qui
omnes ordinarii sunt, quia a Papa substi-
tuti; tamen reliqui, qui in diuersas regiones
ab ipso dantur, delegati dicuntur. Consue-
tudo etiam dat iurisdictionem, c. cum con-
tingat, de foro compet. & ibi glo. in verba,
vel consuetudine, cap. dilecti, de arbit. &
ibi gloss. ad verbum consuetudinem, l. 1.
& fin. C. de emancipatio. libero.

e dicta l. more maiorum, & sequent. de iurisdictione
omnium iudic. leg. 1. & titul. de
offic. eius, cui manda. est iurisdictionē. Est au-
tem delegatio facta ad certā causam, de-
terminata; alia ad vniuersitatē causarū.
f leg.

f l. 2. de offic. proconsul. lib. 1. Pand. tit. 16. A
 g ut in d. l. 2. de offic. proconsul. veluti si quid
 coram aliquo iudice fieri quid possit, ve-
 rum coram eodem quis non cogatur id a-
 gere inuitus; ut si coram praeside quis velit
 manumittere, emancipare, vel adoptare.
 Et illa potestas dicitur legis actio, coniun-
 cta iurisdictioni, qua non cōcedatur omni-
 bus magistratib. d. l. 2. iuncta l. 3. de offic.
 procons. P. Sic legatus de latere exercet
 iurisdictionem voluntariam, absoluen-
 do ab iniectione manuum in clericos etiam
 extra prouinciam sibi decretam, c. ex com-
 munitatis, 9. de offic. lega. can. ad eminenti-
 am, de appellatio.
 h Contentiosa dicitur & necessaria, qua red-
 ditur in inuitum, l. inter stipulantem, §. 1.
 de verbor. obligat. l. 1. si quis ius dicen non
 obtemperat. l. fin. de iurisdic. omnium iu-
 dic. in P.
 i Alta iurisdic. dicitur aliquibus merum C
 imperium, quod vero est mixtum, media;
 infima vero, iurisdic. simpliciter, in leg.
 imperiū, de iurisdic. om. iud. de his Chaf-
 saneus late in consuetud. Burgundia titu-
 lo 3. de iustices & de ferrariis, & alii pra-
 gmatici, & nos alibi in syntagmate iuris
 lib. 47. ca. 21. num. 19. & sequent. Verum-
 tamen hic annotare sufficit nullam de iu-
 risdictione harum iurisdictionum posse in
 genere definitionem dari. Nam in Gallia D
 & alibi, sunt gradus iurisdictionum di-
 stincti in curiis, secundum pl. scita & con-
 cessiones diuersas principum. Sunt sacra
 iurisdictiones primi priuatiz, principum
 consilii, omnimodam cum principe habent-
 es potestatem. Sunt alia curia magni con-
 silii, Senatum, Toprochorum, seu Bailli-
 norum, & aliorum iudicum regionum,
 quibus iurisdic. limitata & definita est.
 Sunt & ducum, comitum, marchionum, E n
 castellanorum, baronum, & dominorum
 territoriorum & iurisdictionalium, certa
 iurisdictionis, vel ex concessione feudi, vel
 ex consuetudine introducta & concessa.
 Sunt & alia iurisdictiones, qua non cohe-

rent nec pendent ex patrimonio seu feudo;
 quales illa, qua collegiis licitis cōcessa sunt,
 in homines eiusdem collegii seu certi arti-
 ficii vel conditionis; item illa qua compe-
 tit ciuitatum & municipiorum decurio-
 nibus in oppidanos & alios illis non subditos.
 Instituit enim princeps ita per ciuitates &
 municipia iudices, prout expedire ei vide-
 tur, exemplo Iosaphat regis Iuda. 2. Para-
 lipom. cap. 19.

B k Causa seu petitiones deducta in iudicium
 propter quas quispiam vocatur in ius iux-
 ta cap. foras, de verbor. significat. si magne
 sunt, magnos requirunt iudices, l. non di-
 stinguemus, §. de liberali, de recept. arb.
 Pand. l. 2. in fin. de pedaneis iudicib. & sibi
 glossa ad verbum dii incident, leg. iam
 dudum, vbi causa stat agi debeat. c. 1. apud
 quem causa status definita. in v. sibus feud.
 Iudex autem de re quam cognoscit, debet
 solum iudicare, non de aliis. ca. cum super,
 de causa possessio, & proprietate. & ita debet
 esse sententia conformis libello, l. ut fundus,
 communi. diuidun. P.

l can. nullus vnquam, cano. nullus introdu-
 catur, 4. qu. 4. l. Iulianus, l. inter litigan-
 tes, de iudic. P.

m titulis de procuratorib. de testibus, in vtro-
 que iure & de postulando in C. & Pande-
 ctis de aduocatis diuersorum iudiciorum,
 de aduocatis diuersorum iudicum. Cod.
 de syndico in decretalib. de amanuensibus
 seu notariis causa aut iudicii, ca. quoniam
 contraxi. de probationi. lib. 1. tit. 19. cap.
 statutum 11. §. assessorem, §. notarium, de
 rescript. in Sext. cum similib. accedunt iu-
 dicibus consiliiarii, assessores, delegati, & si-
 milis tum ministri, tum executores, appa-
 ritores, maloferarii, hostiarii, carnifices,
 commentarienses, & c.

E n authent. ad hac, de re iudica. C. quod pro-
 cedit non tantum in causa principali eius-
 que instantia, sed etiam in causa appellatio-
 nis, l. fin. §. illud, de temporibus appellat. C.
 ante litis contestationem res non dicitur
 in iudicium deducta; & ideo iudex, iudi-

care non potest, c. accedens, §. cum igitur, A
 ut lite non contesta. Et c. ca. 1. §. fin. de litis
 contestatio. Exceptis casibus, in quibus ex-
 pressum iudicium permittitur sine litis cō-
 testatione, qui plures sunt, quosque recen-
 set Bartachinus tractatu de gabellis, in
 9. parte principali num. 20. Et sequentib.
 usq; ad 2. Ante litis contestationē tempus
 est ante iudiciale, ideo mutari civilis Et
 criminalis libellus ante illam potest; postea
 nequaquam, l. non potest, de iudic. P. Bart.
 Alex. in l. i. de i. l. edicta, C. de eden.
 Dinus in l. nullus pluribus, de regulis iur.
 in Sext. Per litis contestationem quis obli-
 gatur instantia, Et ceptum iudicium di-
 citur; ut non possit pœnitere vel a lite disce-
 dere, cogaturque sententiam expectare, l.
 i. qui se obtulit, Et ibi glossa, ad verbum
 qui discessit, de rei vendic. l. sed et si susce-
 perit, de iudic. P. l. nemo, Cod. de iurisdic.
 omnium iudic. Dehinc Et ante litis conte-
 stationem procurator ad iudicia, quasi re
 integra adhuc, etiam sine causa reuocari
 potest. non ita post contestationem, c. 2. de
 procura. in Sext. l. procuratoribus, C. eod.
 titul. l. filius familias, l. post litem, cum leg.
 sequent. eo. P. Sicuti neque procurator ad
 lites potest substituere ante litis contestationem,
 quia nondum dominus litis factus
 dicitur lite non cepta; postea vero potest,
 l. si procuratorem, §. si quis mandauerit,
 manda. P. nisi esset procurator in rem suā,
 qui Et ante contestationem posset, substi-
 tuere in sui locum alium procuratorem, c.
 1. §. 1. de procuratorib. in Sex. Caterum,
 notandum erit, quod pertinet ad aliquos
 iuris effectus, litem inceptam videri per
 solam citationem, ut res propter quam in
 ius vocatio facta est litigiosa videatur, ut
 tanquam eius generis non, possit interim
 alienari, anten. litigiosa, de litigios. Cod.
 sed Et sola citatione litis pendentia induci-
 tur, cle. 2. Et ibi glossa, ad verbum ad hoc, ut
 lite pendent. Et c. Et pœuentio iudicialis,
 ca. proposuisti, Et ibi glossa, ad verbum pœ-
 uentus, de foro competen. Et ibi Pauor. l.

ubi ceptum, leg. si quis posteaquam, de in-
 dic. Pand. Et utrobique glossa. Item ad per-
 petuandam iurisdictionem iudicis delega-
 ti, ut non exspiret morte delegantis, c. super
 questionem, ca. gratum, de officio delegat.
 Guido Papaeus decis. 286. Rota decis. 9. de
 dolo, in antiq. Subinde in dictis tribus
 temporibus alia tempora observantur, vo-
 candi vel non vocandi in ius, ut titulo de
 feriis, in P. Et Cod. in dilationis titulo de
 dilatio. C. tempora eremodicii vel perem-
 tionis instantia, l. properandum, C. de iudi.
 C. cap. venerabilis, 20. eodem tit. in appel-
 lationibus, titul. de temporibus appellatio-
 num, C. in executionibus, l. 3. de fructu. Et
 litium expen. C. in cognoscendo, veluti ne
 diebus feriatis valide, etiam de consensu
 partium die dominico fiat, cap. si de feriis,
 l. 1. Et l. si fallacis, eod. Cod. can. placita,
 15. quest. 4. can. decreuit, 22. quest. 5. §. 1.
 de consecra. distinct. 1. Observatur, Et ut
 matutino meridiano Et vespertino tem-
 pore iudicia reddi possint; Et nocte, nulla
 mentio, §. sedebunt, seu cap. 3. de iudicib.
 nouell. 82. Nam Et magistratibus in pu-
 blicum esse inconueniens erat vespertinis
 temporib. l. 2. §. Et quia magistratibus, seu
 §. 3. 1. de origine iur. P. Refert Gellius lib.
 14. cap. 7. reliquisse Varronem scriptum,
 Senatusconsultum ante exortum vel post
 occasum solis factum, ratum non fuisse,
 opinor quod antiqui voluerint omnem
 fraudis suspicionem submouere, quia te-
 nebra apta sunt ad fabricandum falsum,
 l. 1. de ventre inspicien. Et qui male agit
 odit lucē, cap. consuluit, 29. de offi. delegat.
 ubi Et ideo ante noctis tenebras mandatur
 perfici negotium die ceptum. Habetur Et
 suspecta collatio fraudis noctis facta. capit.
 vnic. ut ecclesiast. benef. sine diminut.
 conferant. verba legis 12. tabularum re-
 feruntur a Gellio lib. 7. cap. 2. Ante me-
 ridiem causam conscito, cum pero-
 rant ambo pœsentes. Post meridiem
 litem pœsenti addicito; si ambo pœ-
 sentes, sol occasus suprema tempestas
 esto.

subiectam plebem; e abbates, priores, in A sibi subditos & monachos. f Abbatisa in moniales & in subditos sibi clericos etiā, quos tamen excommunicare non potest. g Ceterum iurisdicatio episcoporum in clericos, qui habēt curam animarum, non est ab abbatibus vsurpanda. h Habent & praepositi seu praelati ecclesiae iurisdictionem; i omnibus tamen clericis ad sacros ordines promotis, vetitum de pœna sanguinis vel truncationis membrorum iudicare vel consilium iudicantibus dare, vt alibi dictum est. k

S C H O L I A.

a cap. at si clerici, de iud. c. in primis, vers. de persona, 2. q. 1. ca. ad audientiam, de consuet. l. si. si a non competens iud.

b ca. infamis, 3. q. 7. l. cum praetor, §. non autem, de iud. Pand. vbi glossa similia textui notat; vide quae dicemus infra tit. 4. de arbitris, cap. 6. inuncta glossa tit. 6. de permissio iudicio mulieribus.

c can. pater, can. nemo iudicabit, 13. cano. cum aliorum hominum, 14. can. cuncta per mundum, 17. 9. quest. 3. can. si Papa, 40. distinct. a Deo solum iudicandus summus pontifex, c. satis euidenter, 96. distinct. Scribit & Paschalis in c. significasti reges, de elect. Concilia Romana sedi legem non praefigere, cum omnia concilia & facta sint per Romana ecclesia auctoritatem, & robur ab ea acceperint, atq; in eorum statutis patenter excipiat Roman: Pontificis auctoritas. Nisi forsitan Romanus Pontifex se alicuius iudicio submittat, can. nos si, 2. quest. 10. 7. & in causa haeresis, can. si papa, 40. distinct. Atq; vt ait glossa in d. can. 13. nemo iudicabit, 9. questio. 3. cum papa se submittit confessori suo, teneatur ei parere. Additque quod dum papa peccat, possit, eius peccatum etiam ecclesiae denunciari secundum admonitionem Euangelii. can. si peccauerit, 2. questio. 1. Tale tamen debet esse crimen, ex quo denuntiatio permittatur, & ex quo possit accusari, vt ex-

plicat glossa ad can. si papa, 6. ad verbum a fide deuius.

d c. non minus, de immunita. ecclesia, lib. 3. tit. 49. c. 1. de offic. ordinar. & proprie episcopi sunt in suis diocesis ordinari iudices. vide cap. ordinar. de officio ordinar. in Sexto. Qui canonicam etiam habent praelaturam, habent electionem & iurisdictionem, can. experientia tua, 11. quest. 1. cum similibus. neq; episcopi de aliena iurisdictione vel aliorum episcoporum debent se intromittere via ordinaria aut prima instantia, sine illorum scientia, ca. nullus primas, 9. quest. 3. aliud autem dicendum de appellatione, quae ad superiorem ab inferiori deuoluitur gradatim; non enim Primas etiam, aut Patriarcha habet iurisdictionem in episcopos. sed tantum in archiepiscopos, can. conquestus, 9. q. 3.

e ca. 2. & c. cum ab ecclesiarum praelatis, de de offic. ordinar.

f c. illorum, de sentent. excom. c. cum in ecclesiis, de maiori & obedien.

g c. dilecta, de maiori. & obedien.

h Eius iurisdictionis vsurpanda prohibitio, & quae ad eam pertinent ponuntur in cap. interdicimus, 10. 16. q. 1. Interdicimus, inquit Calixtus 2. Papa, etiam abbatibus & monachis, publicas poenitentias dare, infirmos visitare; & vnctiones facere, & missas publicas cantare, chrisma & oleum, consecrationes altarium, ordinationes clericorum ab episcopis accipiant, in quorum parochiis manent. Fere idem dictum & plura prohibita, in c. accedentibus, de excess. praelato. vbi & publicas poenitentias, pertinere ad episcopos solos, dictum est, idemq; in cap. in capite, 10. dist. poterit tamen abbas inuitatus vel rogatus alibi quam in proprio monasterio, publicas cantare missas populo, can. luminoso, can. dubium, can. abbatem, 18. q. 2. c. 1. 15. q. 4. ca. non minus, de immunita. ecclesiarum, d. cap. cum ab ecclesiarum, de offic. ordinar. facit l. sin. de iurisdictione. om. iudicium.

ii *sup. lib. 4. tit. 15. de penis, c. 1. facit ca. sententiam sanguinis, ne cleri. vel mon. secular. neg. se immisce. cap. ex literis, de excess. prala. cum siml. ibi nota.*

CAPYT V.

- 1 *Quae ad bene iudicandum requirantur.*
- 2 *De suspectis iudicib. & causis suspicionis.*
- 3 *De describendis actis.*
- 4 *De seruando ordine.*

Iudicia vt bene fiant, primum a iudicib. **B**ordinatis determinari debent; secundum praescripta a canonibus vel a iure pontificio, a sine obseruatione inani formularum, actionum; proposita & audita sufficienter petitionis intentione, b sine odio, amore, timore, cupiditate, quia haec quatuor humana solent corrumpere iudicia. c Est & intemptiua misericordia in iudicio. d Inesse tamen rectoribus circa subditos suos, iuste consolans misericordia, & pie sauiens disciplina. e In rebus porro ambiguis non debet esse absolutum iudicium; f Cum illud non nisi secundum allegata certum fieri debeat, g neq; secundum solam conscientiam, h ita plena disquisitione discutendum est prius negotium. i Sed nec debent archiepiscopi, episcopi, abbates, aliique ecclesiarum praelati, de negotiis ecclesiasticis maxime de illis, quae spiritualia esse noscuntur, laicorum iudicio disponere, aut propter eorum prohibitionem ecclesiasticae iurisdictionis omittere exercitium & iustitiam. k

In summa, omnia iudicia sine vlla iudicis peruersa suspitione procedere debent. Ideo & suspecti iudices maxime si postuler aduersarius, submouendi erunt, m aliique in eorum locum suffiendi haud suspecti. n Causae autem suspicionis ad reprobandum iudicem plures, veluti si similem causam cum aduersario habeat, o si socius aduersarii vel concanonicus, p aut multum familiaris, q aut consanguineus, r aut dominus impetrantis, s aut eius vasallus, t aut inimicus recusantis; u sunt & his

aliae similes causae proponendae; x & proponendae coram iudice recusando, & proponendae coram arbitris electis ob eam causam. y

Oportet & omnia iudicii acta conscribi, z cauerique ne lite pendente in praedictum causam vel litem quippiam innouetur. aa

Seruandus & iudiciorum ordo & solennia, aliter iudicium erit nullum. bb Item & sequenda delegatis forma mandati delegationis. cc Requiritur & conseruatio cognitionis ordinis, vt prius de exceptionibus quam actionibus pronuntietur; dd Et de praedicta causa cum aliis concurrente, primo loco. ee Et concurrentibus pluribus praedictis, maior ante minorem expediatur; ff Prius de possessione quam de proprietate, seu de iure. gg coram eodem iudice; hh nisi cumulate procedatur super possessorio & petitorio. ii

SCHOLIA.

